

quat, qui enim facit voluntatem Dei, is manet  
in æternum. Quod si adolescentibus volu-  
ptatibus corporis se dedere non conceditur,  
multò minùs constanti ætati, minimè omniū  
senectæ.

**V E R . 3.** Et recordare creatoris tui diebus juven-  
tutis tuae; tantisper dum non adveniunt dies  
ipsius mali, & pertingunt anni quibus dicas,  
non est mihi in istis delectatio.

Sequitur adhortatio ad pietatem. Ubi cōsiderantur adhortatio, & rationes quibus inititur, quæ ducuntur ab adjuncto:

Incommodo } Vitæ, ubi considerantur in-  
commoda in toto, & par-  
tibus.  
Mortis.

In priori occurrit veteri diverbio impio  
planè & nefario, juvenem sanctum veterē dē-  
monē, & pullum hirsutum in præclarū & ge-  
nero sum equū evadere, cui oppone illud *Sa-*  
*lom. Prov. 22.6.* Institue puerum in via sua, ab  
ea cùm senuerit non discedet: Item illud *La-*  
*ment. Jer. 3.* Bonum est viro, cùm portaverit  
jugum ab adolescentia, sicut in boibus fit, si  
juvenes jugo assuescant illud placidē ferunt;  
secus si non nisi adulti jugo subjiciantur.

In ipsa voce creatoris habetur occultum  
argumentum: simul enim & à beneficio crea-  
tionis, & à potentia qua omnia creata sunt &  
con-